Die 16. Nouembris.

IN FESTO.

OMNIVM SANCTORVM Ordinis Minorum.

Duplex.

Ad Vesper. Antiph. Vidi turbam magnã, *cum reliquis de laudibus, Psal.* Dixit Dominus, *cum reliquis de Dominica, & loco Vltimi Psal.* Laudate Dominum omnes gentes.

Capitulum. Apoc. 7.

ECce ego Ioannes vidi alterum Angelum ascendẽtem ab ortu Solis, habentem signum Dei viui, & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ, & mari, dicens, nolite nocere terræ, & mari, neq; arboribus, quoad vsq; signemus seruos Dei nostri in frõtibus eorum.

Hymnus.

PLacare, Christe, seruulis
Quibus Patris clementiã
Tuæ ad Tribunal gratiæ
Patrona Virgo postulat.
Vos purpurati Martyres,
Vos candidati præmio
Confessionis, exules.
Vocate nos in patriam.
Chorea casta Virginum,
Et quos Eremus incolas
Transmisit astris, Cælitum
Locate nos in sedibus.
Auferte gentem perfidam
Credentium de finibus,
Vt vnus omnes vnicum
Ouile nos Pastor regat.
Deo Patri sit gloria,
Natoque Patris vnico,
Sancto simul Paraclito
In sempiterna sæcula. Amen.

℣. Orate pro nobis omnes Sancti Ordinis Minorum.
℞. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Ad Magnif. Antiph. Triumphantium Martyrum victor exercitus, Sanctorum Confessorum Sacer Conuentus, Beatorum Fratrum nobilis cætus, Virgines Domini, Sanctæque Mulieres, & Seraphici Minorum instituti cultores omnes intercedite pro nobis. Alleluia.

Oratio.

OMnipotẽs sempiterne Deus, qui Ecclesiam tuam varijs Sanctorum splendoribus semper illustras, protegis, atque conseruas: concede propitius, vt B. Francisci, & Sanctorum filiorum eius, quorum omnium merita nos sub vna tribuisti celebri-

tate venerari, precibus; hic ab omnibus mundemur offensis, & in futuro, gloria perfruamur æterna. Per Dominum, &c.

Ad Matut. Inuitator.

Regem Regum Dominum venite adoremus; * Quia ipse est corona Sanctorum omnium.

Psal. Venite exultem⁹ &c.

Hymn. Placare.

Antiph. Nouit Dominus viam Iustorum, qui in lege eius meditatur die, ac nocte.

Psal. Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum.

Antiph. Mirificauit Dominus Sanctos suos, & exaudiuit eos clamantes ad se.

Psalm. Cum inuocarem.

Antiph. Admirabile est nomen tuum Domine, quia gloria, & honore coronasti Sanctos tuos, & constituisti eos super opera manuum tuarum.

Psalm. Domine Dominus noster.

℣. Lætamini in Domino, & exultate iusti.

℟. Et gloriamini omnes recti corde.

De libro Apocalip. B. Ioannis Apost. *Cap. 7.*

Lectio j.

Ecce ego Ioannes vidi alterum Angelum ascendentē ab ortu Solis, habentem signum Dei viui: & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ, & mar i, dicens: nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quodusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Et audiui numerum signatorum; centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel.

℟. O Patriarcha Pauperum Francisce, Tu Seraphicæ militiæ currus, & auriga: Tu humilis Minorū familiæ Pater amantissimus: Tu pusilli gregis Pastor vigilantissimus: * Tuis hic decertantibus adsta militibus: tuorum gementium respice filiorū preces: Gregi tuo periclitantī prouide, nam increscunt gemitus ouium tuarum. ℣. Tu, qui in sacro tuo corpore redemptionis nostræ signa ab ipso Redemptore suscipere meruisti: Tuis hic decertantibus.

Lectio ij.

Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu Agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum; & clamabāt voce magna dicētes, salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & Agno: Et omnes Angeli stabant in circuitu throni, & seniorum,

& qua-

& quatuor animalium: Et ceciderunt in cōspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum dicentes, Amen. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum. Amen. Tu autem, &c.

℟. Clara Francisci filia dignissima, Virgoque purissima, omni sæculi vanitate, ornatuque contempto, euangelica Minorum, tanquam prætiosa inuenta margarita, carnali spreto connubio, * castitatis per orbem cultum propagauit.

℣. Christo coniuncta sponso innumeras illi generat Virgines Virgo filias. Castitatis per orbem cultum propagauit.

Lectio iij.

Et respondit vnus de senioribus, & dixit mihi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? & vnde venerunt? Et dixi illi, Domine mi tu scis. Et dixit mihi, hi sunt, qui venerunt de tribunalitione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni; ideò sunt ante thronum Dei, & seruiūt ei die, ac nocte in templo eius: Et qui sedet in throno, habitabit super illos: non esurient, neque sitient amplius, nec cadet super illos Sol, neque vllus æstus, quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum: Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum. Tu autem Domine. ℟. Propter testamentum Domini, & leges paternas Sancti Dei perstiterunt in amore fraternitatis. * Quia vnus fuit sēper spiritus in eis, & vna fides. ℣. Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. Quia vnus fuit. Gloria Patri. Quia vnus fuit.

IN II. NOCTVRNO.

Antiphona.

Domine, qui operati sunt iustitiam, habitabunt in tabernaculo tuo, & requiescent in monte sancto tuo.

Psal. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo.

Antiph. Hæc est generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Iacob.

Psal. Domini est terra.

Antiph. Lætamini in Domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.

Psal. Beati quorum remissæ sunt iniquitates.

℣. Exultent iusti in conspectu Dei. ℟. Et delectentur in lætitia.

Sermo S. Ioannis Chrisostomi. *Lectio iv.*

Qui Sanctorum merita religiosa charitate miratur, quique iustorum glorias

frequenti laude colloquitur, eorum mores Sanctos, atque iustitiam imitetur: quoniam quem delectat Sancti alicuius meritum, delectare debet circa cultum Dei obsequium. Quare aut imitari debet, si laudat; aut laudare non debet, si imitari detrectat; qui alium laudat, laudabilē se reddat: Et qui Sanctorum merita admiratur, mirabilis ipse vitæ sanctitate reddatur. Nam si propterea iustos, fidelesque diligimus, quod in ipsis iustitiam, fidemque suspicimus: possumus nos quoque esse quod sunt, si facimus ipsi quod faciunt. Tu autem Domine. ℞. Saberdotes Dei Benedicite Dominum: * Sãcti & humiles corde laudate Deum. ℣. Qui diligitis Dominum, lætamini in Domino, & exultate in laudibus eius. Sancti & humiles.

Lectio V.

NEque enim difficile nobis est, quod ab ipsis geritur, imitari, cum sine præcedenti exemplo ab antiquis talia gesta conspicimus: vt non ipsi aliorum æmuli redderentur, sed æmulandæ virtutis seipsos nobis præberent exẽplum: vt dum nos ex ipsis, & ex nobis alij proficiunt, sic Christus in suis semper seruis in Ecclesia sancta laudetur. Vnde ab origine Mundi innocens Abel occiditur, Henoch Deo placens trasfertur,

iustus Noë inuenitur, Abraham fidelis probatur, Moyses mãsuetus dignoscitur, Iesus castus, Dauid lenis, Elias par acceptus, Daniel sanctus, tres pueri victores redduntur. Tu autem Domine. ℞. Sapientiam ipsorum narrent populi. * Et laudem eorum nunciet Ecclesia. ℣. Nomen eorum requiretur à generatione in generationem. Et laudem.

Lectio VI.

APostoli discipuli Christi, credentium magistri habentur: è quibus eruditi Cõfessores fortissimi pugnant, Martyres perfecti triumphãt, & Christiani semper exercitus diabolum Deo armati debellant, in istis semper pares virtutes, dissimiles pugnæ, gloriosæ victoriæ. Vndè tu Christiane delicatus es miles, si putas te posse sine pugna vincere, sine certamine triumphare. Exere vires, fortiter dimica, atrocitèr in prælio isto concerta. Considera pactum, conditionem attende, militiam nosce; pactum quod spopondisti, conditionem qua accessisti, militiam cui nomen dedisti. Tu autem Domine. ℞. Sint lũbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. * Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum quando reuertatur à nuptiis. ℣. Vigilate ergo, quia

nesci-

nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos similes. Gloria Patri. Et vos similes.

IN III. NOCTVRNO.

Antiph. Timete Dominũ omnes Sancti eius, quoniam nihil deest timentibus eum: Ecce oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorum.

Psalm. Benedicam Dominum in omni tẽpore. *Ant.* Domine spes Sanctorum, & turris fortitudinis eorum, dedisti hæreditatem timentib9 nomen tuum, & habitabunt in tabernaculo tuo in sæcula. *Psal. 60.* Exaudi Deus deprecationem meam: * intẽde. *Antiph.* Qui diligitis Dominum, lætamini in Domino, & confitemini memoriæ Sanctitatis eius.

Psal. Dominus regnauit exultet terra. ℣. Iusti autem in perpetuum viuent. ℟. Et apud Dominũ est merces eorũ

Lectio S. Euangelij secũdum Lucam.

Lectio vij. Cap. 12. d.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

Homilia S. Bonauenturæ Episcopi.

Comment. sup. Lucã. 12.

PVsillus grex dicitur respectu multitudinis reproborum: Multi sunt vocati, pauci verò electi: vel pusillus ratione modicitatis propriæ: Videte vocationem vestram, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; Sed quæ stulta sunt Mundi, elegit Deus, vt cunfundat sapientes; & infirma Mundi elegit Deus, vt confundat fortia: Et ignobilia Mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius: Vel pusillus ratione humilitatis voluntariæ: Vos greges mei, greges pascuæ meæ, homines estis, & ego Dominus Deus vester: est enim Deus humilium: Magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur: Et talibus promittit Deus regnum: Sinite parulos, & nolite eos prohibere ad me venire, subiungitur, talium est enim Regnum Cœlorum, ideò subdit: Quia complacuit patri vestro dare vobis regnum: Humilẽ Spiritũ suscipiet gloria, & Iob, qui humiliatus fuerit, erit in gloria. Tu autem Domine. ℟. Media nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. ℣. Prudẽtes Virgines aptate vestras lãpades, Ecce Sponsus.

Lectio viij.

HÆc autem superexcellẽtia Regni promissi indu-

104.

cit spem, & inducendo spem inducit securitatem, & per hoc aufert pusillanimitatem timoris, & ardorem cupiditatis: sicut egentes, multos autem locupletantes, tanquã nihil habentes, & omnia possidentes: Solum enim illud Regnum est vera cordis possessio: quæ cor implet, & auferri non potest, quia intus est: Ecce Regnum Dei intra vos: Et nota, quod Patri complacuit pusillis, id est pauperibus spiritu dare Regnum gloriæ: Vndè Mathæus: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnũ Cælorum. quia tales desiderant æterna: Desiderium suum iustis dabitur. Et in Psalmo, desiderium pauperum exaudiuit Dominus; quoniã contemnunt temporalia. Qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Tu autem Domine.

℟. Date eis de fructu manuũ suarum. * Et laudent eas in portis opera earum. ℣. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam. Et laudent.

Nona Lectio de S. Petro Alexandrino.

Te Deum Laudamus.

Ad laudes & per Horas.

Antiph. Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, stantes ante thronum. *Psal.* Dominus regnauit, *cum reliqu.*

Antiph. Et seniores stabant in circuitu throni, & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerũt Deum.

Antiph. Redemisti nos Domine Deus in sãguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro Regnum.

Antiph. Benedicite Dominum omnes electi eius, agite dies lætitiæ, & confitemini illi.

Antiph. Hymnus omnibus Sanctis eius, filijs Israël populo appropinquanti sibi, gloria hæc est omnibus sanctis eius.

Capit. Ecce ego Ioannes vidi, &c. vt supra.

Hymnus.

SAlutis æternæ dator.
Iesu redemptis subueni:
Virgo parens clementiæ,
Dona salutem seruulis.
Cohors triumphans Martyrũ
Almus Sacerdotum Chorũ
Et Virginalis castitas
Nostros reatus abluant.
Quicunq; in alta Siderum
Regnatis aula Principes,
Fauete votis supplicum
Qui dona Cæli flagitant.
Virtus, honor, laus, gloria
Deo Patri cum Filio

Sancto simul Paraclyto
In sæculorum sæcula Am.
℣ Orate pro nobis, *vt supra.* &c.

Ad Benedictus Antiph.
Te candidatus Martyrum exercitus: Te gloriosus Pōtificum Chorus. Te Beatus Confessorum cætus: Te laudabilis Minorum numerus: Te omnes Sancti, & electi voce confitentur vnanimes: Beata Trinitas vnus Deus.

Oratio vt supra.

Commemoratio S. Petri Episc. & Martyr.

Ad Primam Ad abs. Cap. Hi sunt, qui venerūt *vt infra ad Nonam.*

Ad tertiam Antiph. Et seniores. *Cap.* Ecce ego Ioannes. ℟. *br.* Lætamini in Domino &c.

Ad Sextam Antiph. Redemisti. *Cap. Apoc.* 7.
Et audiui numerum signatorum; centum quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israël ℟. *br.* Exultent iusti, &c.

Ad Nonam Antiph. Hymnus omnibus.

Cap. Apoc. 7. Hi sunt, qui venerunt ex tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni. ℟. *br.* Iusti autem. *In secundis Vesp: Antiphona.*
Vidi turbam magnam, *vt sup. in laudibus Psal.* Dixit Dominus, *cum reliquis de Dominica, & loco vlt. Psal.* Credidi.

Capitulum. Ecce ego Ioannes.

Hymnus.
Placare, Christe, seruulis, *vt sup. in prim. Vesp.*
℣. Orate pro nobis, &c.

Ad Magnif. Antiph.
O quam gloriosum est Regnum, in quo cum Christo gaudent omnes Sancti, amicti stolis albis, sequuntur Agnum quocunque ierit.

Oratio vt supra. &c.

MISSA

INtroitus. Gaudeamus, *vt in festo omnium Sanctorū, addito* Ordinis Minorum *post* Omnium Sanctorum: *reliqua, vt in eodem festo præter Orationem, vt supra. Euangelium.* Nolite timere pusillus Grex, *vt in communi Confessoris non Pontificis: Et dicitur* Credo.

OFFER-

OFFERTORIVM.

EXultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis; exaltationes Dei in faucibus eorum.

POSTCOMMVNIO.

LÆtamini in Domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. *In Oratione post Commu addi- tur* Ordinis Minorum *post* omnium Sanctorum.

Ordinis Min. Reformatorum Sancti Francisci.

SVpplicante P. Fr. Theodoro ab Asculo Procuratore Generali Reformatorũ Ordinis Minorum S. Francisci quatenus Sac. Rituum Congregatio dignaretur concedere suæ Religioni in statu Ecclesiastico, & Prouincijs Cismontanis Officium Omnium Sanctorum Religionis recitandum die peculiari, ad instar concessionis aliàs factæ Religioni Augustinianæ, vt in Breui ex iniuncto Nobis sub die 6. Augusti 1672. Et eadem Sacra Congregatio desuper petita benignè concessit. Hac die 14. Nouembris 1676.

V. Episc. Portueñ. Card. Carp.

Loco † Sigilli.

Bernard. Casalius Sac. Rit. Congr. Secr.